dilectionem boni alterius. que dicitur esse amor sancti
bus. est amor iste primo dicit esse verus. quod
sunt plurimi. unde ethicorum viii. qui falsificant
amicitiam sunt magis puniendi quam
te. quam illi qui falsificant pecuniam. unde
dicit. dilectio sine simulatione. secundo di
citur esse discretus ut sic ametur natura quod
vitium odio habeatur. unde dicit. odi
entes malum. Tertio dicitur esse firmus. ita
quod sit amor perpetuus. unde dicit adherentes
bono. adherentia enim firmitatem im
portat. Quarto dicitur esse communis absque ac
ceptione. unde dicit caritatem fraternitatis
etc. honore. Hic consequenter instruit de
communicatione honoris in esse. et pri
mo quantum ad bonum reverentie. dicens.
honore invicem prevenientes quilibet
enim credat in aliquo bona que est in alio.
et sic potest considerare ut meliorem
se et sic honorando prevenire. secundo in
struit quantum ad bonum obsequii dicens.
sollicitudine non pigri prestando huma
nitatem proximis in necessitatibus. spiritu ferventes
ut hec fiant ex bono affectu. domino servi
entes ut hec fiant principaliter propter deum
et sic exhibeatur obsequium et per con
sequens ab eo expectatur premium. unde
subdit spe gaudentes. et quia spes merce
dis habende facit patienter susti
nere. unde subdit in tribulatione patien
tes. hec per orationem impetrantur. unde subiungit
unde subdit. orationi instantes. Tertio in
struit apostolus de communicatione beneficiorum et
primo ad sanctos commorantes. dicens. necessitati
bus sanctorum communicantes. secundo ad peregrinos
transeuntes. dicens. hospitalitatem
sectantes. benedicite. hic apostolus instru
it de communicatione bonorum signorum.
principaliter secundum signum inter homines est
locutio quod indicat mentis conceptum.
quantum ad hoc dicit. benedicite persequentibus
vos. et multo magis benefacientibus
vobis. nolite maledicere. quia verum est gemitus
certior et manifestior [illegible] quia potest
magis retinere dissimulando animum. et sic
dicit gaudere cum gaudentibus etc. id
ipsum invicem sentientes. aliter est
mendacium quod est falsa significatio
vocis vel alio signo quod [illegible] invicem.

bone. Non alta sapientes. apostolus in
struit de conservatione boni. hic con
sequenter instruit de infestatione
mali et hoc dupliciter. primo ut malum alteri non
inferatur. secundo ut illatum ab alio equani
miter toleretur. ibi. non vosmetipsos.
Circa primum adducit quod primo nocumen
tum infert presumptio. unde superbia que est prin
cipium omnis peccati. unde hoc prohibet. dicens non
alta sapientes. proximum. contrarium
dicit. sed humilibus consentientes. merito
humilis communicando. secundo nocumentum
infert astucia unde providet malum
machinando. quod prohibet. dicens. nolite
esse prudentes apud vosmetipsos. et accipitur pru
dentia similitudinarie. quia vera pru
dentia non est nisi in bonis. sed
astucia in malis que prudentia dicitur
que caute scit querere vias nocendi.
item bonum ad mala transferimus.
sic dicimus prudens ille bonus latro
v. methaphisice. et sic dicitur prudentia in
proximo. tertio nocumentum proximis ma
lum non manifestum ipsos scandalizando
quod prohibet. dicens. providentes bona etc.
Quarto nocumentum infert persecu
tio aperta quod prohibet dicens. si fieri potest quod ex vobis
est cum omnibus hominibus pacem habentes.
Non vosmetipsos. consequenter instru
it de malo illato ut patienter tole
retur. dicens. non vosmetipsos defendentes
et adhibet scripturam. Deut.
xxxii. mihi vindictam. quia tua lesio
mea sit mea et ultio. et cetera. et non so
lum instruit ut malum ab adversa
rio illatum toleretur. sed etiam ut bonum ei
impendatur. dicens. sed si esurierit inimicus
tuus etc. et subdit. hoc enim faciens
carbones ignis congeres super caput
eius. id est carbones ardentes igneos di
lectionis in eo erga te supra omnem ma
litiam suam presentavit. Noli vinci a
malo. id est incidere in odium eius. sed vin
ce in bono malum. scilicet temptationem compul
sionis te ad eius odium. Sciendum
autem de illa quod dicit hic. non vosmet
ipsos etc. non sunt precepta. sed consilia
nisi in casu. scilicet si ex defensione videtur
plurimum malum insurgere quod esset contra

honorem distendendum causa quod
in aliquo casu non expedit sic sin-
istrie, scilicet quando per hoc datur malis
audacia malefaciendi. Unde dicit
Gregorius in moralibus: Admiratio ante-
posita a nobis reprimit sicut to-
lerandi. quedam vero servata cauta
te prohibendi. non solum ne nimia sub-
trahentur. Sed ne impientes in sua
se ipsos perdant. C. XIII.
Omnis anima potestatibus. Apostolus de
moribus instruxit Romanos ge-
neraliter hic consequenter idem facit spe-
cialiter. et primo instruit minores per
maiores. capitulo xiiii. primo di-
viditur in tres. quia primo ostendit quod
inferiores debent superioribus subiec-
tionem secundo convenientiam ibi Ideo neces-
sitate. tertio dilectionem ibi Nemini
quicquam debeatis. Circa primum probat
duo primo ex divina ordinatio-
ne cui bonum est obedire et malum
resistere. ex ordinatione vero divina
est quod superiores regant inferiores
et inferiores eis obediant. sicut patet
in natura corporali. in elementis
que reguntur ex influentia cor-
poris celestis. unde dicit Philosophus primo
Metheororum quod tota regio elementa-
ris continuatur lationibus superioribus ut
omnis eius virtus gubernetur
inde. Similiter hoc patet in natura
spirituali quia angeli inferiores
et reguntur per superiores et ideo di-
cit in sermonibus. et hoc est quod dicit Omnis
anima. id est omnis homo totum aptet di-
cimus de novitiando potestatibus sub
sublimioribus. Conditio hic prelatus in
spiritualibus et principibus tenentur
in temporalibus. id est ideo non est in-
pertinens nisi a Deo concessa et ordi-
nata. cetera patent ex dictis usque
ibi Qui autem resistunt ipsi si-
bi damnationem acquirunt.
etiam Unde dicit Salvator. Luce
v. c. Qui vos spernit me spernit
et aliam etiam temporalem quia
puniuntur in corpore vel rebus
Secundo probat propositum ex officiis superior

per que reprimuntur mala inquantum
ex permissione alium malorum alia fierent.
et sic a malis arcentur et hoc est quod
dicit nam principes non sunt timori
boni operis sed mali. bonum opus quia sic
per eos reprimuntur mali. Item primo
sequentium bonum. intentio vero eorum di-
cenit correctos faciunt bonos. cetera
patent ex dictis. usque ibi non enim sine causa
gladium portat. per hoc vero scelestos pu-
nit. gladium materialem per quod etiam
cum spiritualem in iudicio. causa Dei enim
minister est vindex in iram. vel in punitio-
nem. ei qui malum agit. Hic consequen-
ter ideoque. Hic ostendit quod inferiores
debent superioribus convenientiam ad
necessitatem servitutis sive conditionis quia
nemo militat suis stipendiis et
hoc est quod dicit. ideoque necessitate subdi-
tamini ideo. Conditio eorum consuendo
utilitatem debitum. non solum
propter iram. id est punitionem vindictam. Sed
etiam propter conscientiam quia quilibet tene-
tur reddere debitum et explicat ma-
gis in speciali dicens. ideo enim et tribu-
ta prestatis. ad hoc enim principaliter sunt
instituta ministri enim dei sunt quia sunt
executores sue iustitie. in hoc ipsum
servientes. scilicet et etiam bonum com-
municatum conservantes. ideo con-
cludit Reddite ergo omnibus debita
cui tributum. scilicet principibus est enim tri-
butum quod redditur pro tota patria. cui
vectigal. per ventionem rerum. Tamen modi
sunt pedagia et sic solvuntur. alia
servitia personalia non omnes habent ta-
lia solvere. quia reddenda sunt peda-
gia quia committunt. sed accipiunt
ad firmitatem cui timorem. scilicet domi-
nis cui honorem. scilicet virtuosis et in
dignitate existentibus qui sunt ca-
paces virtutis. Nemini. Hic con-
sequenter ostendit quod inferiores debent
superioribus dilectionem. et primo osten-
dit propositum. secundo quia tempore nove le-
gis hoc debitum est maxime reddendum ibi. Et hoc scientes. Circa primum
dicit. Nemini quicquam debeatis. ni-
si ut invicem diligatis. Sed hic non habet

c. viii

inferiores

dicitur

officia

sub

ec. amicam. ideo dicit consilia .i. cur
ationem. secundum veritatem sicut macula. sa
pientia et dicit. causa tunc fit in dicitur. cum
dicit. quae spiritualiter examinantur .i. vel cog
scitur. Gloria spiritualis non consumptio
per esse inferius non habetur quam magis
commisso. ideo dicit spiritualis autem iudi
cat omnia. et bona. per hoc sicut in re qua
quis videt. quisque est talis sunt sibi
videt. propter quod iudicium verum accipiendum est
secundum quod iudicat. unde dispositus autem
iudicium verum de saporibus accipiendum
et propter respectum ad gustum sanum et
non ad infectum. ut dicitur de lingua
febricitantis. spiritualis a bono in
intellectu illuminatum et affectum ordina
tum. ideo optime de spiritualibus iudicat. in
autem. animalis quibus intellectum et af
fectum ... ad sensibilia. ideo
dicit de spiritualibus et ipse a nemine iu
dicatur. i. a nullo homine animali quia pro
bat consequenter ex auctoritate scripture ...
quis enim cognovit sensum domini ...
qui dicit nullus nisi ipse. ideo nunquam
habent spiritum dei non possunt de divinis
iudicare. quoniam omnia illa cognoscere
quibus fit iudicium. spirituales autem vi
ri. qui habent spiritum dei ipso illuminan
te de divinis iudicare possunt. quales fuerunt
apostoli. ideo dicit nos autem sensum domini habemus

Et ego fratres etc. postquam removit -iii-
conditiones contentionum. hic con
sequenter removet contentionem causam quae erat
ex hoc quod aliquibus ministris esse nimis
attribuebant et aliquos nimis
contempnebant. primo ergo remo
vet primum. secundo secundum. circa primum primo
... quod primo ostendit dampnum quod ex
tali attributione patiebantur. secundo
removet illam attributionem. ibi quid
igitur est apollo. circa primum ostendit quod
ex tali attributione habebant contentiones
inter se et sic ad hunc animales
aut carnales erant propter quod doctrinam
perfectam fidei capere non poterant et sic
impediebantur a consecutione
magni boni. ideo dicit. et ego fratres
non potui vobis loqui quasi spiritualibus
sed quasi carnalibus tamquam

parvulis in christo .i. vobis annunciavi
minora fidei secundum vestram capacitatem
non escam .i. perfectam doctrinam. nondum
enim poteratis q.d. non conferre vobis hanc
doctrinam ex invidia. sed ex vestra impo
tentia. sed nec nunc quidem potestis. quia adhuc
in carnalitate manetis. quia in capitulo
precedenti vocavit animalitatem hic
vocat carnalitatem et quod adhuc sint
tales. ostendit dicens cum enim sit inter vos zelus
.i. invidia et contentio. oriens ex
ipsa. nonne carnales estis. q.d. pro
certo sic quia non sunt nisi inter car
nales qui de bonis corporalibus contendunt.
eo quod a pluribus integre haberi non possunt.
Ab exclusione diminuunt plus vivi
... sic contra contentionem quia
habent facere partem suam meliorem.
spiritualia vero bona a pluribus perfecte pos
sideri immo perfectius quod ab uno propter quod inter
viros spirituales qui talia bona querunt
non est zelus contentio. et secundum hominem
ambulatis q.d. sic modo. cum intellectum
dicitur naturaliter bonum est per reflexio
nem ad fantasmata. et volendi
per conversionem ad appetitum sensitivum.
et ideo secundum hominem ambulare per modum
animalitatis. nisi quando homo ad sursum
elevetur quod fit in spiritualibus viris

Quid igitur. hic consequenter removet
in attributionem ex qua dampnum
oriebatur et dividitur in partes
primo ostendit quod ministris esse con
venit secundum veritatem. secundo excludit erro
rem. ibi neque. Secundo infert con
clusionem. ibi itaque nemo. prima ad huc
in duas quia primo ostendit actionem ministrorum
secundo mercedem eorum. ibi unusquisque
autem. Circa primum dicit quid igitur
est apollo quid vero paulus et per hoc in
telligitur alii esse ministri. et ven
dit ad quorum potestatem .i. ministri eius
cui credidistis .i. christi q.d. christi ipsi non
sunt principales doctores fidei vel
apostoles baptismi. sed solum christi mi
nistri. non autem ministri ... operantur
exterius. christus autem docet et baptizat interius.
propter quod talia non sunt ministris attribuen
da et unicuique sicut dominus dedit. q.d.

ad huc tale ministerium. non est meis ex
virtute propria. sed solum ex dignitatione
qua operantur solum extrinsecus probat con
sequenter. Ego plantavi. annuncian
do vobis primo ea que sunt fidei. apol
lo rigavit. post me vos docendo. deus
autem incrementum dedit. quasi dicat. ego et
ipse in vobis egimus ad salutem et fidem
vestram intrinsecus operando sed solus deus
illuminando vos per fidem et mundando per
gratiam et sanctificando. nos autem solum
modo egimus extrinsecus ministrando. sicut
plantator arboris vel rigator non fa
ciunt eius incrementum vel incrementum
sed virtus nature per quam conducit
itaque qui plantat non est aliquid. neque
qui rigat. scilicet operando intrinsecus. sed solus
deus. qui plantat autem et qui rigat
unum sunt. scilicet in conditione. nec est [illegible]
cum oppositione per quam unus non est prefere
ndus et alter contemnendus. unusquisque
quoque hic consequenter ostendit. ne credent [illegible]
[illegible]. ne forte credent aliquis ipsos non
esse remunerandos eo quod dixerat. itaque
qui plantat est aliquid. neque qui rigat
et dicit. in tres partes. quia primo declarat
ministrorum mercedem. secundo eorum va
rietatem. ibi. secundum gratiam dei. tertio infert
quandam conclusionem. ibi. nemo se
cundum primum dicit unusquisque autem pro
priam mercedem accipiet
secundum suum laborem. quia non omnes equaliter
laborant. extensive vel intensive
dei enim adiutores sumus. id est quasi dicat licet
non agamus intrinsecus illuminando vel
iustificando tamen agimus aliquid
ad hoc extrinsecus ministrando ob hoc quod
non caret premio. secundum gratiam. hic conse
quenter ponit ministrorum varietatem
dicens. secundum gratiam dei que data est michi
et non propria virtute. ut sapiens
architectus scilicet principalis inter mi
nistros. quia non dicit. ad ecclesiam corinthi
orum [illegible] id est fundamentum po
sui. predicando eis fidem vobis. annun
ciando. alius autem superedificat
id est alii doctores post me vos docen
ter. docuerunt secundum ea. unusquisque
autem videat. id est diligenter atten

dat. quomodo superedificet. id est qualiter do
ceat. ut eius doctrina non discrepet
a fundamento. secundum magis ei conveniat. et
ideo subdit fundamentum. aliud fundamentum
nemo potest ponere preter id quod positum est. id est christus iesus. vel fidei christi fun
damentum. sed contra hoc videtur. apocalypsis xxi
vbi dicitur quod xii apostoli sunt xii fundamen
ta civitatis celestis ierusalem. ecclesie ad
quod dicendum quod fundamentum dupliciter potest
accipi. uno modo simpliciter. sicut id quod habet fir
mitatem et stabilitatem ex se. et sic
solus christus est fundamentum ecclesie. alio modo i
proprie et large. scilicet id quod habet post fun
damento. nam posito sic sunt lapides qui
iuxta fundamentum in habent et sic a
postoli dicuntur esse fundamenta primitus ab
ebuerunt. xxii. siquis autem superedificat
super fundamentum hoc aurum. argentum
et lapides preciosos. per hoc intelligitur sana
doctrina. fundamento fidei recepte ap
posita. per aurum. doctrina que amorem
divinum dicitur per argentum. doctrina
pertinens ad contemplationem spiritualium crea
turarum per quam attenditur ad dei cogni
cionem per lapides preciosos doctrina perti
nens. ad alias virtutes moralibus contra
[illegible] tes. ligna fenum stipulam
dicunt. aliqui quod per hoc intelligatur
falsa doctrina contraria fidei. et huiusmodi
non videtur probare. sed hoc non videtur. intencio
apostoli quia dicit iam fundamentum fidei
supponendi falsa vero doctrina non secundum ad
ditur. secundum magis per eam fundamentum
hic destruitur secundo quia dicit quod si tale opus
arserit. operans tamen finaliter salvus erit
quod non potest dici de doctoribus falsam doctri
nam habentibus et ideo dicendum quod per ista in
telligitur. vera doctrina curiositatem et va
na seu cupiditate. et talis est per vanita
tem non iustus. secundum excepto quod talis sit
cum fundamento doctori tamen imputatur
premium pena purgatorii et sic fi
naliter salvatur et de utraque doctrina
subdit unius cuiusque opus. scilicet doctoris boni
et mali. manifestum erit. dies enim domini
declarabit. quia in igne revelabitur. et uniuscuiusque opus quale sit ignis
probabit. scilicet maxima salvatoris vel
damnatoris. talis in die iudicii

[illegible]